

NICOLAI  
VIGELII DE  
DREISA HESSO-  
RVM IVRIS-  
CONSULTI,

METHODVS VNIVERSI  
*Iuris Pontificij absolutissima, in quin-  
que libros distincta.*

Ex qua patet, in quibus Ius pontificium cum Iure  
Ciuii consentiat, in quibus ab eo discrepet,  
illudve distinguat.

*Nunc demum multis locis restituta, & suo nitore reddita.*



*Aquila*



LVGDVNI,  
Apud Ioannam Iacobi Iuntæ F.  
M. D. LXXXI.



ILLVSTRISSIMO  
ET DOCTISSIMO

Comiti D. Alphonso Beccariae, I. V. D.  
Eximio & celebratissimo.

IOANNES Baptista Regnaud  
S. P. D.

**I**NTER eos qui scientiarum studium profitentur, easque suis illustrare lucubrationibus & vigiliis curant, illi mea quidem sententia, vir illustrissime, qui iuri operam dederunt, & in hoc studio se exercuerunt, tritum illud communi ore prouerbum, Spartam quam nactus es, eam exorna, vsitasse potissimè videntur. Et certè non dixerit quis plures extare aliarum scientiarum libros, aut vero diligentius, aut copiosius quampiam aliarum disciplinarum exornatam, aut illustratam: denique deficeret me dies numerantem: quot quantaque volumina edita fuerint à Iurisperitis, non solum antiquis illis, sed & modernioribus. Nec verò huic librorum multitudini, vt tute belle scis, vir illustrissime, causam dedit rei ipsius difficultas, aut

\* 2

materiae



# METHODI IV- RIS PONTIFICII LIBER I.

DE LEGIBVS, MAGISTRATI-  
bus, & iudiciis publicis.

DE IVRE ET LEGI-  
bus. Cap. I.

## I. ETYMOLOGIA IVRIS.



VS Dicitur est, quia iustum. c. ius generale.  
§. ius autem. distinct. j. Aliam etymologiam vi-  
de M. I. C. libro primo, capite j. quæst. iiij.

## II. DIFFERENTIA.

Juris & legis.

Differunt ius & lex, quemadmodum genus & species.  
Lex enim iuris species dicitur d. c. ius generale, in princ.

III. ORIGO iuris civilis exponitur distin. vij. c. j. cum  
duob. sequentib. Concordat M. I. C. d. cap. j. quæst. v. Iuris  
Pontificij origo exponitur distinct. xv. c. j. cum sequente.

IIII. SPECIES aliquot legum enumerantur distinct.  
ij. c. quædam, cum duob. sequentibus.

V. RATIO & vsus iuris legumq;, est coercitio humanæ  
audaciæ & nocendi facultatis. distinct. iiij. c. j. cum sequente.  
xxij. q. v. c. non frustra.

VI. OFFICIUM legum exponitur distinct. iiij. c. privi-  
legia. §. officium, cum sequente. Concordat l. vj. ff. de legib.

## VII. DE LEGISLATIONE.

I. Regula: Translato sacerdotio. legis quoque ferendæ po-  
testas transfertur. c. translato. iiij. de constitutionib. Concor-  
dant ea quæ habentur j. cap. iiij. in princ.

EXCVDEBAT  
NICOLAUS GVERINVS,  
LVGDVNI.

1581.

SERIES CHARTARVM,  
quæ in hoc volumine  
continentur.

\* a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.  
A B C D E F G H I K L M N.